Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



manib; dicit non lotis manibus
cum panem manducant. Phisei
autem omnes nisi crebro la
uent manus non manducant.
tenentes traditionem seniorum. Et a fo
ro nisi baptizentur non comedunt.
Et alia multa que tradita sunt illis
servare baptismata calicum et urcorum.
et eramentorum et lectorum. Et interrogaue
runt eum scribe et phisei. Quare
discipuli tui non ambulant iuxta
traditionem seniorum. sed cum immundis
manibus manducant panem?
At ille respondens dixit eis. Bene
prophetauit ysaias de uobis ypocritis.
sicut scriptum est. Populus hic labi
is me honorat cor autem eorum lon
ge est a me. Inuanum autem me co
lunt docentes doctrinas et precep
ta hominum. Relinquentes enim man
datum dei tenetis traditionem
hominum. Baptismata urceorum et
calicum. et alia similia huius mul
ta facitis. et dicebat illis. Bene
irritum facitis preceptum dei. ut tra
ditionem uram seruetis. Moyses
enim dixit. Honora patrem tuum et ma
trem tuam. et qui maledixerit pa
ri aut matri morte moriatur. Vos
autem dicitis. Si dixerit homo pa
ri aut matri. corban. quod est donum
quodcunque ex me est tibi proficiat. et nul
ta non dimittitis eum quicquam fa
cere patri suo aut matri. resoluen
tes uerbum dei per traditionem uram
quam tradidistis. et similia huiusmodi
facitis multa. Et adducens iterum
turbam dicebat illis. Audite me
omnes et intelligite. nichil est extra
hominem introiens in eum. quod possit
eum coinquinare. Sed que de homine
procedunt. illa sunt que coinquinant
hominem. Si quis habet aures audien
di audiat. Et cum introisset in do
mum a turba interrogabant eum disci
puli eius parabolam. et ait illis. Sic
et uos imprudentes estis. Non in
telligitis quia omne extrinsecus
introiens in hominem non potest
eum inquinare. quia non intrat
in cor eius. sed in uentrem. et in secessum
exit. purgans omnes escas. Di
cebat autem quia quod de homine exe
unt illa inquinant hominem.
Abintus enim de corde hominum cogi
tationes male procedunt. adulte
ria. fornicationes. homicidia. furta.
auaricie. nequitie. dolus. impudi
cicia. oculus malus. blasphemia.
superbia. stultitia. Omnia hec ma
la abintus procedunt. et inquinant
hominem. Et cum surgens abiit in
fines tyri et sydonis. Et ingressus
domum neminem uoluit scire. et non
potuit latere. Mulier enim statim
ut audiuit de eo cuius filia habe
bat spiritum immundum. intrauit. et cecidit
ad pedes eius. Erat enim mulier
gentilis. syrophenissa genere. Et
rogabat eum ut demonium eiceret
de filia eius. Qui dixit illi. Sine
prius satiari filios. Non est enim
bonum sumere panem filiorum. et mit
tere canibus. At illa respondit. et dixit
ei. Etiam domine. Nam et catelli
sub mensa comedunt de micis
puerorum. Et ait illi. Propter hoc ser
monem uade. exiit demonium a
filia tua. Et cum abisset in domum
suam inuenit puellam iacentem
super lectum. et demonium exisse.
Et iterum exiens iheSus de finibus